in continenti coram eorum Judicio personaliter stans, Ministerialis Generalis Regni Prouidus Andreas Kurowsky de Olbięczin officio praesenti bene notus, palam recognouit. Quia citationem ratione suprascriptorum omnium editam, feria secunda post festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum proxime praeterita in superna villae Trzcinnik apud Nobilem Stawsky in manus consorti citati tradidit, et de iuris forma publicauit.

Idem Contumax

Nobilis Joannes Wronowsky in Trzcinnik haeres Actor, Nobilem Mathiam Bylina de persona ac bonis ipsius generaliter omnibus citatione Regali Capitaneali Castrensi Lublinensi, citatum; Pro decernendo et extendendo super ipso poenis legum, per eundem succubitis Ideo. Quia ipse non formidando easdem poenas in incendiarios domorum Nobilium sancitas, concepto contra actorem hominem paccum pene hostili rancore, anno proxime praeterito, die Dominico post festum Sancti Bartholomaei proximo, circa horam fermé tertiam noctis, iam actore quiescentem supposito igne in caulas ad hypocaustum actoris adstructas, vulgo w chlew wtyle piekarniey od miedze Pana Jana Stawskiego, integram domum residentiae actoris in Trzcinnik, cum omnibus aedificiis adiacentibus, ac omni penitus suppellectili domestica combussit, concremauit et in cinerem redegit: Quo suo crudeli facinore in poenas legum incurrit. Citatione ipsa fusius permissa omnia dictante. Per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky iuridicé ad Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense quatuor vicibus ultra iuris communis formam; Ad instantiam suprascripti actoris vocatum et non comparentem, in termino primo in poena contumaciae, admittente Judicio praesenti, iudicialiter condemnauit. Et hic in continenti coram eorum Judicio personaliter stans, Ministerialis Generalis Regni Prouidus Andreas Kurowsky de Olbięczin, officio praesenti bene notus, palam recognouit. Quia citationem ratione suprascriptorum omnium editam Sabbatho post festum Sancti Bartholomaei Apostoli proxime praeterito in Curia consortis Nobilis Valentini Tarnadwiecsky villae Zesrnik posuit, et Consorti citati notificauit.

Karmanowsky